

nono. Mense februarii quarta die eiusdem sexte Indictionis. Ego Nicolaus Mansus laborator Infirmitus iacens recte. tamen et memoriter loqui valens coram Iohanne de marrone (*sic*) Regali Baroli Judice. Iohanne de cantore puplico eiusdem terre Notario et testibus subnotatis licteratis de eadem terra ad hoc specialiter vocatis et rogatis mearum rerum dispositionem feci. in primis: de me debere recolligere ab Antonio de petrono pro cominancia mea florenos auri quactuor de quibus legavi pro anima mea Ecclesie santi augustini pro apertura ipsius ecclesie auri tarenos sex. Item Ecclesie Santi Iacobi de Barolo auri tarenos sex. pro opertura ipsius Ecclesie Item Clericis dicte Ecclesie Sancti Iacobi pro sepeliendo me honorifice in eadem ecclesia auri tarenos sex. reliqua pecunia expendenda pro anima mea pauperibus legavi Curie grana auri quinque. Item statuo exequotorem meum presentis Testamenti mei Robbertum de berteramo Item volo et mando ut presens testamentum meum valeat quocumque melius valere potest. Et ut in presenti testamento meo fides vacabit adhiberi et ad futuram memoriam presens puplicum Instrumentum exinde fieri rogavi per manus predicti Iohannis puplici Baroli notarii signo suo solito subscriptione predicti Iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum Quod scripsi Ego predictus Iohannes puplicus Baroli notarius qui predictis Interfui et meo solito signo Signavi. (*C'è il tabellionato*).

† Iohannes de Maurone q. s. Iudex. (*C'è il tabellionato*).

Ego Petrus f. Riccardo (*sic*) de donacita tessti (*sic*) sum.

† Ego Nicolao (*sic*) f. de sire petri (*sic*) tesstatur (*sic*).

† Ego Iohannes de notario thomasio testus (*sic*) sum.